

1927

## C O D I C E S

1928

cum *Bohemiae Taboritis?* Itaque vide *Cod. DLIV.* ubi *Commentaria* haec integra habentur.

## CCCCXCIV.

- 579 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 50. 4. Differtationem continet, quatenus obtemperandum sit supremis Magistratibus in Religionis negotio. Inscríbítur illa: *Ein kurtzer aus der heilligen Biblischen vnnnd vätter schrifften vndericht. Was massen sich ain yeder gotselliger rechter Christ in Religion vnd glaubens sachen mit grundt vertädigen, vnnnd dem falschen geborsam der Obrigkeit so man auch in göttlichen dingen vnderworffen sein. Vnd das gottes wortt Rechter gottesdienst vnd glauben den Conciliis weichen vnnnd denen alain geborcht werden solle, wider Gott sein Heiliges Euangelion Apostolische vnnnd Prophetische Leer, erdacht, durch der heilligen vnnnd vätter schrifften begegnen vnnnd erwören müge, auf das ainfeltigist zusammengezogen.* Sat obscura haec quidem; interim hoc agit Autor, ut ad *Lutheri* partes transgressos adversus *Edicta Ferdinandi I.* Sacra Romana Catholica urgentis obfirmet. Est enim *Martinus Mosederus* Minister protestans DD. de *Jörger de Tollet* et *Kreuspach*, qui primi de Nobilitate Austriaca Ecclesiasten domesticum ab ipfomet *Luthero* sibi a. 1525. expetiere, et obtinuere *Mich. Stiffelium* pariter ab *Ordine Augustiniano* di-

gressum, ut habes in *Bern. Raupachii Austria* *Evang. vernac. Contin. I.* p. 36. Inter ejus porro Successores fuit *Mosederus* noster, qui praesentem Differtationem typis, ut putem, nunquam editam *Christophoro Jörgero* viro conspicuo et a *Maximiliano II.* hereditaria Aulae Praefectura pro *Austria* supra *Onasum* condecorato nuncupavit praemissa Epistola, quae data est: *in meiner behausung den Aindliffsten Augusti, der wenigern Zall nach der geburdt Cristi des Acht- undfunffzigsten Jars.* Nihil de hoc Opusculo *Raupachius*, qui *l. cit.* et in *Presbyterologia Austr.* p. 126. solum meminit Confessionis Fidei et Doctrinae *Ratisbonae 1561.* vernacule a *Mosedero* editae adjuncto epistolico *Jörgeros* inter et *Lutherum* Commercio, neque de Viri patria rebusve quidquam novit. Ego *Austriacum* e dialecto censeo, studiorum fortasse causa *Vitebergam* profectum, indeque reducem.

## CCCCXCV.

Codex chartaceus lat. germ. 109 Sec. XVI. f. est Fascis *Opusculorum argumenti theologici*, quae se hoc ordine consequuntur: I. *Theobaldi Gerlacher* ab oppido patrio *Billickheim* Palatinat. dicti *Billicani* Tractatus de *Communionem sub utraque Specie*, qui incipit: *Qui Ecclesiae concordiam sartam te&am esse cupiunt, optime et consultissime Vir &c.* Depugnat

1929

P O L E M I C I

1930

pugnat pro utraque specie, estque *fol.* 54. Exemplar, quod in *Gesneri Bibl.* memoratur, nostrum est, ut opinor, *Hugone Blotio* multa olim e penu libraria Augg. *Tigurinis* indicante. Obiit *Billicanus Marburgi Hass.* 1554. postquam *Wilae*, et *Nordlingae* praeco Lutheranus fuisset; in *Zwinglium* tamen inclinasse *Seckendorffii Historia Luth.* in *Schol. ad Indic. Hist.* innuit.

II. Monita germanica *Provincialium Carinthiae* Luthero ad dictorum adversus *Statuta Synodalia Salisburgensia* hoc titulo: *Auff der Romischen Kü: M vnnfers allergenedigisten Herrn Beuelch Des Lanndshaubtmans, auch Vitzdombs der geordennten Ausschüß vnnnd Etlicher Peshriben Lanndtlewt In Kharnndtn Bedengkben in sachen der Herrn Ertz, vnnnd Bischouen Jüngst zw Saltzburg furgenomen Satzung vnnnd Constitutionen Belanngend.* Censeo rem esse de Synodo *Salisb.* 1549. sub *Ernesto* Archiep. celebrata, de qua *Gewoldus* in *addit. ad Hundii Metrop. Hansizius* T. II. *Germ. S.* p. 614. *Scholl. Concc. Germ. T. VI.* p. 415. *Articuli XLV.* sunt, in quos *Provinciales* commentantur. Primus: *Gemeine Leer des heiligen Glaubens. Annfenniglich Gemaine Leer des heiligen Glaubens belanngend* &c. *fol.* 43.

III. Capita agendorum cum Statibus Imperii a *Carolo V.* Imp. tradita *Matthiae Held* Procellario et suo in Germaniam Le-

gato, signata *Genuae ult. Octob.* 1536. germanice. Titulus: *Karl V. Instruction was der Ersame Gelärt vnnser Rath Vicecantzler Botschafft In Teutsche Lannde vnnnd des Reichs lieber getrewer Matbis held lerer der Rechtenn, bey den — Stenden — furtragen vnd bandeln* (*fol.*). Summam cognosces ex Oratione, quam *Heldus* Januario mense *Vienna* digressus a *Ferdinando Rom.* Rege ad *Conventum Procerum Smalcaldiae* habuit 15. Febr. 1537. quamque recenset *J. Sleidanus Comment. L. XI.* sub init. Meminit item *Heldi* in Germaniam ablegati *Seckendorff. Comment. L. III. Sect. 14. §. 45.* Ad calcem *Codicilli* nostri legitur: *Gebenn Inn vnnser vnd des Reichs stadt Genua &c. fol.* 12.

IV. Responsum Protestantium *Legatorum ad Ferdinandi Rom.* Regis *Decretum de Reservato Ecclesiastico* germanice, datum 12. Febr. 1557. ita inscriptum: *Der Augspurgischen Confession vorwannten Stenden antwortt auff der Kö. M. erste Resolution in dem articul die freistellung der geistlichen belangende, als vor sich selbs Ibrer Ma: vbergeben den 12. februarij. Anno 1557.* Prima *Ferdinandi* Decisio, ad quam hic respondetur, data est *Ratisbonae* 5. Febr. legiturque *Lunigii I. Continuat. P. general.* p. 6. Responsum nostrum *fol.* 5. deficit.

V. Farrago continens 1<sup>mo</sup>. *Justi Menii Fuldani* p. t. Superintendentis, ut vocant, *Ifenacensis*

1931

## C O D I C E S

1932

fis Sententiam: non licere Viro  
 duas eodem tempore uxores ha-  
 bere, datam 1540. germanice  
 hoc ingressu: *Das ainem Chri-  
 stenn nit gezimet Auff einmal zu-  
 gleich mebr dan ein Ainigs ebe-  
 weyb zu haben.* 2<sup>do</sup>. Epistolam  
*Mart. Lutheri* germanicam da-  
 tam *Dinstags nach Cantate. Im.*  
 33. latine sic inscriptam: *Cuidam  
 tentato quod Relapsus sit ad Pa-  
 pistas Consolatio.* Ejusdem Con-  
 solatoriam bene longam ad *Fri-  
 dericum* (ut hic pro *Johanne* scri-  
 bitur) Saxonem ad Comitua Au-  
 gust. 1530. germanicam, quae  
 habetur edita inter Consolato-  
 rias (*Etliche schöne Trostschrift-  
 ten*) a *Joh. Aurifabro Erfordiae*  
 1547. 4. et incipit: *Ich hab nun  
 lange verzogen mit Antwort &c.*  
 Ejusdem ad *D. Hier. Wellerum*  
 de Infantibus in utero matris non  
 baptizandis datam *Vigilia Nati-  
 vit.* 1539. Incipit: *De Infanti-  
 bus adhuc in utero matris bap-  
 tizandis &c.* Extant binae ejusdem  
 argumenti inter *Lutheri* Episto-  
 las a *Gottfr. Schützio Lipsiae*  
 1780. editas. T. II. p. 224. et  
 312. 8. Ejusdem Judicium bre-  
 ve de *Somniis* germ. lat. 3<sup>tio</sup>. *Ca-  
 sus quidam matrimoniales qui Con-  
 troversiam habere videntur*, nu-  
 mero sex. De primo circa Re-  
 scissionem promissorum Spon-  
 sialium decidunt cum *ICTis Phil.  
 Melanchthon.* et *D. Justus Jonas.*  
 7. Dec. 1539. De secundo: An  
 matrimonium coactum valeat, re-  
 fertur *Lutheri* sententia 1524.  
 De tertio uxoris transfugae alte-  
 ri nubere cupientis *Joh. Pome-*

*rani* mens a *Lutbero* confirmata.  
 De quarta Mariti ab uxore de-  
 ferti alteram ducere volentis ju-  
 dicialium *Lutheri* et *Melanchthonis*  
*Lunae post Joan. Bapt.* 1531.  
 De quinto casu ejus, qui ex alio  
 gravidam duxerat, judicialium *Me-  
 lanchthonis* ad *Georg. Spalatinum*  
 1534. De sexto casu: possitne  
 Coniug, compari suo morbo in-  
 curabili adfecto, ad alias trans-  
 fere nuptias, *Lutheri* judicialium ad  
*Joach. de Weisbach* germ. *Wit-  
 teb. in Vig. Barthol.* 1527. foll.  
 8.

VI. Acta germanica in Caussa  
*Pauli Wiener* Sacerdotis *Vien-  
 nae*, quod *Lutheri* dogmata po-  
 pulum *Labacensem* de loco su-  
 periori docuisset, et uxorem du-  
 xisset, in custodia habiti. Conti-  
 nent 1<sup>mo</sup>. formulam *της παλινο-  
 dias Paulo* ab inquisitoribus regiis  
 praescriptae. 2<sup>do</sup>. Responsum *Pauli*  
 revocationem doctrinae suae  
 detrectantis. 3<sup>tio</sup>. Capita accusa-  
 tionis eidem a Iudicibus scripto  
 tradita. 4<sup>to</sup>. Apologiam illius  
 prolixam ad singula Capita. Ca-  
 nonicus Eccl. *Labac.* in *Carniolia*  
 fuerat *Paulus*, et religionis er-  
 go *Ferdinando I.* ab Episcopo  
 suo *Urbano Textore* delatus est.  
 Rex illum *Viennam* traduci et  
 causam dicere iussit. Inquisitorum  
 suorum *Paulus* solum nominat  
*D. Burchardum*, qui erat *Bur-  
 chardus de Monte Noviomagus*  
*S. Literar.* tunc in Academia  
*Vienn.* professor. Tangit nego-  
 tium hoc Ill. *Valvasorius* in *Eb-  
 re des Herzogth. Crain*, annoque  
 1547. adsignat L. VII. P. 2. p.

432.

1933

## P O L E M I C I.

1934

432. Constabilit tempus istud objectio *Paulo* inter alias facta: noluisse ipsum pro defuncta *Anna Ferdinandi* conjugē sacra persolvere, quae sub initium anni memorati excefferat. Exilio tandem multatum hominem idem *Autor* tradit. *fol.* 156.

VII. *Friderici Nauseæ Blancicampiani Doctoris &c. ad sereniss. et inuiciss. Caesarem Ferdinandum, De praecipuis quibusdam Clericorum et Laicorum abusibus pro reformanda Ecclesia tollendis. Elenchus.* Praemittit *Autor* breve Argumentum, in ipsoque *Elenchi* ingressu et reformationis Ecclesiae necessitatem urget, et impositam sibi a Rege, cui a sacris concionibus, consiliisque esset, abusuū notandorum provinciam declarat. Stabilita mox triplici hac veritate: *Infinitos esse in Ecclesia abusus. Abusus cepisse originem a Sacerdotibus. Primum debere reformari Sacerdotes, Abusuū Catalogum a summis Pontificibus sumto initio per omnes utriusque Reip. gradus textit, ut nec moderationem desideres, nec improbes libertatem, videasque multa suafisse Nauseam ante duo secula, quae nostro demum aevo persuasa sunt. Id quod et liquidius fit in altera Elenchi Parte, quae inscribitur: Methodus tollendorum, vel moderandorum saltem abusuū.* Elaboratum hoc Opusculum a *Nausea*, patria lingua *Grau* dicto, antequam *Job. Fabro* in Episcopatu *Vienn.* 1541. succederet, Titulus de-

clarat; posterius vero esse anno 1538. inde conficitur, quod in eo citet *Responsa* sua ad *Germanicae nationis gravamina*, quae anno praedicto *Coloniae* f. lucem viderunt. *Catalogo Opp.* fuorum, qui habetur ad calcem *Epistolarum* ad ipsum datarum *Basil.* 1550. f. illud non inferuit, quod, ut putem, typis nunquam destinatum fuerit. *fol.* 41.

VIII. Refutatio errorum *Jacobi Andreae* dicti *Schmidelini* Praedicatoris tunc *Göppingani* in Catechismo et aliis Scriptis ab eo editis germanice per A. V. S. 1562. Titulus: *Warnunge für den schedlichen vnnnd verderblichenn Irthumbenn welche D. Jacob Schmidlin Prediger zu Göppingen vnnnder dem Euangelischenn schein, Inn seinem Catechismo vnnnd andern schrifften der hailigen schrift vnnnd dem glauben zuwider Inns Christenthumb eingefuerht &c.* Initium Praefat. *Doctor Jacob Schmidlin hatt Im 1561 Iar sein Catechismum zu Tubingenn lassen truckbenn, wie er solchen Im 6oten Iar zu Lauingen gepredigt &c.* A. V. S. e schola *Zwingliana* autor est, contra *so-phisticam*, ut ait, *Transubstantiationem* perinde ac contra *Impanationem, Companationem* et *Subpanationem* armatus. *fol.* 39.

CCCCXCVI.

Codex chartaceus lat. germ. 805  
Sec. XVI. Folior. 77. 8. rudi  
manu perscriptus Titulum prae-  
fert: *Paranesis F. Johannis Er-  
ber*